

ANTELOQUIUM XV.

P. Petri Murillo Velarde de re Americanorum litteraria iudicium vestigatur & aperitur.

QUOD ad ingeniorum nostratum attinet defectionem, nuper audivimus Virum hūc admodum eruditum refragantem, & ad vulgi quisquilias eam remittentem; de præstantiâ verò eorundem ingeniorum scribentem M. Feijoo amplificasse ea dicit, & magnificè loqui, ut aliquibus visum est, assentatiuncula gratiâ; & Morillij quidem sententia, certum & exploratum esse, Americanorum ingenia quam credatur apud Europam esse majora. Nos qui, ut superius diximus, de primatu non decertamus, ad aliâ ejusdem Scriptoris sensâ progredimur. Memoriâ eos omnes prompta esse, insitâ in loquendo facilitatis & expeditâ linguæ, atque in dicendo strenuos atque elegantes, docet, in publicis litterarijs actionibus splendidos, facilequè subinde plausibus audientium exceptos. Et si quidem constanti studijs assiduitate insisterent, eorum demum aliquos ea prædixites evasuros omnigenâ eruditione, qua varij apud Europam consummati Viri inveniuntur; fieri tamen, aut nativâ plagæ socordiâ, aut quòd stimulus & alacritas desint, ut hætenus nullibi Americæ partus maturatus fuerit dignus Minervæ fatigationibus positus per annos plusquam ducentos in isthac æquoribus irrigandis. Papæ! Hic

tu

ut hæreamus operæ pretium erit, & quid sibi velit doctissimus M. investigemus: Num de Viris doctis, num de Voluminibus loquatur? Utrum ne doceat hominem nullum hætenus maturitatem attigisse doctrinæ, quæ tanti temporis eruditæ cultura respondeat; an Opus non dum usque adeo eruditum prodijisse existimet, quod lucernam oleat, & quidem ipsius Minervæ per duo secula elucubrantis? Principio quidem compertum sanctumque habet Morillo, apud Americam Academijs seu Universitates & Studia generalia florere, Collegiaque & Secularia & Regularia pro Scientiarum cultura, in primis autem Limæ & Mexici Urbibus utriusque Americæ Primarijs amplissimisque, apud quas infulati Doctores plurimi, & Magistri sapientes agunt. Mexiceam nostram Universitatem, quam multoties invisit apud nos diversatus auspicandæ Manilensis causâ navigationis, floridissimam nuncupat, & primam, opinione sua, ijs quæ in novo Orbe vigent excellentiorem, multisque Europæis Universitatibus superiorem: doceri in ejusdem Gymnasijs Theologiam, Canones, Philosophiam, aliasque Facultates, & in his omnibus Academiam Viros admodum insignes dedisse subjungit. Nec prætermittit, alumnos ejus monumenta relicturos, quæ perennarent longius, publicæ utilitatis & gloriæ, modò calcar præmij eos moveret atque incitaret. Ita quidem habet in præcitati Libri cap. 2. pagg. 81 & 82. In Historiâ verò Provinciæ Philippinarum Societatis Jesu à se etiam scriptâ, & editâ paulo ante Geographiam historicam, scilicet anno 1749. Manilæ typis Societatis ejusdem lib. 4. cap. 9. n.

—31

*

734.

734. fol. 321. ad calcem col. 1. & initio 2.
testatur, Mexici & Clerum esse selectum & mul-
tas gravesque Religiones, in quibus Viri sunt emi-
nentes, & inclytam Universitatem, apud quam
impensè & concinnè litteræ omnes coluntur. Tum,
à se Mexici agentè cognitos fuisse Viros admo-
dum insignes in omnibus Facultatibus, tamque
acutâ & præstantia apud juvenes & Magistros in-
genia, ut nullus ipse in optatis habuerit egregios
Viros, quos Salmanticæ, Compluti, Granatæ re-
tro noverat & tractarat. Hæc cum ita habeant,
alterum fateatur est necesse; vel apud celeberrimas
Hispaniæ Academiæ commemoratas nullum
à se cognitum Virum egregiè doctum atque sa-
pientem, qui diurnas Minervæ defatigationes
præferat, vel apud Mexicanos quoque multos
sic institutos esse, ut maturitatem eruditionis illam
attigerint, quæ positæ à Minerva curis in Studijs
nostris respondeat; vel tandem non hanc optare
se in hominibus præstantiam eruditionis, sed in
Voluminibus ab eis conditis & scriptis. Quod si
in datis supra verbis sibi voluisse dicat, tunc enim
verò urgentius argumentum premar oportet me-
morantem atque laudantem lib. 10. Geographiæ
Historicæ cap. 11 clarissimos sapientia & scrip-
tis viros Mexicanos atque Peruanos, Ledesmas,
Canos, Riberas, Roas, Martinez de la Parra,
Oviedos, Seguras, Blancos, Peraltas, Salgados,
Joannas Agnetes à Cruce, Ruicios de Montoya,
Añascos, Menachios, Felicianos à Vega, Villarroe-
les, Machados, Peñafieles, Ayosas, Ovalles, Agui-
lares. An enim istorum Volumina lucernam non
re-

redolent, nec Minervam sapiunt, aut hujus secula-
res vigilias subindicant? Certè, ut ex ungue Leo-
nem, vel ex his tantum Libris Americanam Mi-
nervam dijudicare posset vir eruditus. Quid por-
ro si cœtera novisset Volumina, quæ Bibliothe-
ca nostra palam exponet? Nulli credimus, visis à
Murillo tot Scriptoribus, eorumque plurimis ex-
cultissimis, verba sibi excidisse immaturos etiam-
num nostratum fœtus existimanti. Sed ut nostram
de eo ita scribente sententiam promamus, credi-
mus quidem, voluisse sibi hætenus ab America
non prodijisse alicujus Authoris multa grandia Vo-
lumina, quæ cum Thomasiæ, Scoticis, Sua-
rezianis, Kircherianis, Caramuelianis, & similibus
certent atque contendant. Et hoc quidem ut spon-
te fatemur, sic etiam credimus argumento non
esse acerbæ adhuc Minervæ nostræ, quod matu-
ritas non à pomorum multitudine judicanda sit,
sed à dulcedine eorundem & suavitate; nec pro-
fectò plurimis etiam elapsis seculis speramus fore
olim, ut ingentibus & prægrandi numero Volumi-
nibus Minerva Americana tandem aliquando ma-
turitatis indicem & exemplar datura sit. Cujus rei
momenta paucis complexus est P. Hieronymus
Perez de Nueros supra laudatus Cæsaraugustanus,
dati illis S. Ambrosij verbis: *Eodem modo videtur
(Sol) cum oritur nec cum vergit in occasum minor appa-
ret Orientalibus & Occidentalibus, hæc opportunè sub-
jungens: O si cum eadem Solis propinquitate, Lugdunen-
sis etiam, Antwerpiana, Lovanensis, Veneta, & alia Typo-
graphica his plagis proxima adessent Officina! Quæ librorum
copiâ, litteraturâ omni referta, & conspicuâ varietate, quam*

ad circinum elaborata, quam bene tonsa, & quasi ad radiorum So-
lis speculum pectinata Europa fruere tur? Dei enim Scientiam non
uni orbis parti, sed cunctis munificē, & largē à Spiritu sancto dilar-
gitam docuit Hieronymus sic loquens. „ Quod Petrus in vase lin-
„ teo, quod ē cælo demissum est, se vidisse testatur, ha-
„ bente quatuor principia, per quæ quatuor mundi plagas in-
„ telligimus, ut repletam terram Dei scientia intelligamus.
Sic quod de Platani arbore ab India quondam ad Eu-
ropam delata, & ab una in aliam Provinciam, ob ejus
umbra gratiam, transvectas ne ulla esset, quæ hujus planta
umbrosa amantate orba remaneret, dixit Plinius: „ Quis
„ non jure miretur arborem, umbra gratia tantum ex alie-
„ no petitam orbe? Platanus hæc est per mare Jonium in
„ Diomedis Insulam ejusdem tumuli gratiã primam inve-
„ cta, deinde in Siciliam transgressa, atque inter primas do-
„ nata Italia. Idem sane de eruditis plurium lucubrationi-
bus, cedro utique dignis, communique plausu in Europa exci-
piendis dicendum putares; ni illorum animum, vigiliarum
& studiorum pensis addictum, alacrique aviditate ad
scribendum paratum, tanta maris terraque intercapedo, loco
adeo diffusa Typographorum theca, Authorisque proprio educen-
do operi operam impensuro absentia retardarent. De quo-
rum libris si facilis esset Oceanum tranandi & in Hesperias
oras transcundi facultas, illud diceres, quod de alio Horatius.

Hic meret ara liber Socijs, hic & mari transit;
Et longum noto Scriptori prorrogat ævum.

Hæc vir doctissimus & in nostris rebus exper-
tus, cui concinit memoratus item Doctor Com-
plutensis Peralta Castañeda, & experienciã ipse
Americana doctus. Quamvis enim officinas typo-
gra-

graphicæ jam pridem habuerimus, & optimas à P.
Murillo apellatas, sumptus tamen & in solven-
dis operis & in coemendis chartis ab Europa de-
ductis, nisi inter nos versatis, incredibiles vide-
buntur. Adeant Lectores Magistrum F. Antonium
de la Calancha in Chronicis Ordinis S. Augusti-
ni apud Peruvienfes lib. 4. cap. 12. n. 4. pag.
858. Editionis Barchinonensis apud Petrum La-
cavalleria anni 1639 invenientque; apud Biblio-
thecam Augustinianam Limensem extare manu
exarata à P. F. Joanne Caxica ejusdem Ordinis
triginta duo Volumina, quorum duodecim sunt in
folio, reliqua in 4. magno, Idiomatibus quatuor præ-
cipuis in America Meridionali conscripta, quæ si
Limæ procuderentur, opus esset amplius centum
triginta mille argenteis uncialibus; quinquaginta
verò ut minimum, si edenda in Hispania essent,
apud quam nisi pessimè cudi non possent, nescien-
tibus scilicet operis & correctoribus Europæis tres
illas linguas Americanas, quæ & Hispanâ Libri
illi constant. Quibus de causis insignia quidem
Opera apud Americam lucubrata, vel in angulis
delitescunt Bibliothecarum, vel fodicata corrofa
quæ à tinea perierunt. Accedit, Libros editos di-
strahi præter quam inter nosmetipsos non posse
citra majora impendia, quorum vitandi causâ vix
à Mexicanis ad Peruanos & vicissim Volumen
transmeat. Sed de his satis. At enim quoniam emun-
ctæ naris Amicus noster atque gentilis aliò in-
tendisse Murillum cogitat; eam paucis indicemus
cogitationem è re erit opportuneque referamus.
Et quæ illa porro? Murillo scilicet fuisse in opta-

tis masculum apud Americanos ingenium aliquod, cui acceptum Minerva referret Syllhema apud Literatos insigne, aut datum publicè eruditionis vastissimæ documentum, vel quod portento simile haberetur aliud specimen & encyclopediam. Audimus & capimus Scriptoris sapientissimi vota, queis facturi satis, reliquum est, ut magnam Eruditorum segetem in Bibliotheca nostra daturi, unum alterum ve feracitatis Mexicanæ pomum præmittamus, quod delicatissimis quibusque, & vel ipsi Alonensi Decano sapiat oportet.

ANTELOQUIUM XVI.

Insignes aliquot indicantur Mexicani eruditi, & pridem & ætate nostra conspicui admodum & notissimi.

Memoriâ refrigerantibus nobis Emmanuelis Martini de Mexicanis sensum & existimationem, succurrit aliquando Rabinorum fabella ab egregio Critico P. Calmetio memorata in de Gigantibus Dissertatione, quæ extat earum Tom. 2. pag. 356. Editionis Lucae anni 1729. Scilicet, Adamum, generis humani parentem, gigantem alij mille cubitis, alij 900, alij 100 altum existimant: aliter enim, ajunt, fructus arboris scientiæ contingere nunquam potuisset, quæ miræ ipsa erat proceritatis. Nos enim verò Alonensi Decano pygmei visi sumus, qui arborem scientiarum, cœlum ipsum proximè tan-

gentem, ne suspicere de longe valeamus. Ille, ille, gigantis, ad instar, eruditionis poma, licet altissima, scorsim omnia decerpit. Americanis aliquas relinquit, herbas; id genus alia brutis quam hominibus congruentiora. Gigantem forte quisquam Martinum diceret, qui tamen, ut est in proverbio, in deos bellum moverit, Hispanos ipsos, gentem suam, lacefferit. Oratorienſes Valentinos PP. gentiles quidem suos, litteris & virtute clarissimos flocci duxerit, quod ab Academia Valentina Gymnasilij Terentium arcuerint: & Americanos unâ omnes antipodas litterarum crediderit, & à Minervæ pomarijs longè amandaverit. Si tamen, ut in perſe erutandis antiquæ monumentis Romæ institutus & eruditus fuit, in Mexicanis vel medicoriter esset versatus, apud nos quoque & olim, Indis rerum potentibus, valuisse gigantes corpore, de quorû exuvijs fidem habent oculati testes Acosta, Torquemada, Cogolludo, alijque per multi; & gigantes mente litterisque non deesse ab eo tempore quo Hispanis America obsecundavit ad usque præsentem ætatem. Atque, ut gigantem, quod dicitur, ex digito commonstremus, ijs prætermittis, quos Bibliotheca nostra dabit, Naranjos, Molinas, Siguenzas, Nuñez, Blancos, aliosque Phenice, ut dici solet, rariores; trinum placet hic exhibere. Primus est Pegerus de Paz Basconcelos luminibus captus à puero, qui tamen ingenio donatus eximio, & in literas pronus, autem Magistris præbens, Latinitatem imbibit & Rhetoricam, Philosophiamque, ita hausit, ut postquam lauream redimurus fuerat, candidatum egerit. Cathedra creditâ ad horatiam clep-

Lydrum Praelectione à se 24. spatio horarum in
sortitum sibi Aristotelis textum elucubrata, parum
que abfuerit quin Professor destinaretur. Adhuc,
Theologiae operam dedit, & praemis Relectioni-
bus 10, aliisque de more scholasticis probatio-
nibus, lauream tulit. Tum Jurisprudentiae addi-
ctus Hypodidascalum egit apud Doctorem Al-
phonsum Alavesium Causidicum ea tempestate ce-
lebrem, tamque evasit doctus & eruditus, ut non
modò res ab auditis Libris haustas teneret, sed
etiam loca & paginas, quas occasione data indi-
cabat, ut, productis testibus M. F. Marcelino de
Solis & Christophoro de la Plaza itemque F. Bal-
thasare de Medina, conscripsimus in Nuncupato-
ria praemisa Selectis Dissertationibus Mexicanis no-
stris. Secundum habeat locum, nulli secundus, bi-
mestri ab hinc retro denatus aetatis anno 64. D.
Antonius Calderon, vir uxoratus, & Apollini, Mu-
sis, & sacris, prophanisque litteris ad stuporem us-
que excoltissimus, Natale ei solum Angelopolis de-
dit, ac ubi lumen ipsi rationis affulsit, Gramma-
ticam aggressus, brevi Poeticam & Rhetoricam à
Jesuitis accepit, moxque Philosophiam primus in-
ter auditores Viri Clarissimi P. Nicolai de Segu-
ra. Theologiae navavit operam cum sub alijs egre-
gijs Magistris, tum praesertim sub Mathia Blanco
summo Theologo Societatis Jesu, quo Praeside the-
ses propugnavit & numero multas & insignes di-
ficultate, Catholico Hispaniarum & Indiarum Re-
gij Philippo V. nuncupatas, specimen ea in con-
ceratione exhibens, nedum Theologicae & Philo-
sophicae eruditionis admodum rare, sed etiam La-

tydram Praelectione à se 24. spatio horarum in
sortitum sibi Aristotelis textum elucubrata, parum
que abfuerit quin Professor destinaretur. Adhuc,
Theologiae operam dedit, & praemis Relectioni-
bus 10, aliisque de more scholasticis probatio-
nibus, lauream tulit. Tum Jurisprudentiae addi-
ctus Hypodidascalum egit apud Doctorem Al-
phonsum Alavesium Causidicum ea tempestate ce-
lebrem, tamque evasit doctus & eruditus, ut non
modò res ab auditis Libris haustas teneret, sed
etiam loca & paginas, quas occasione data indi-
cabat, ut, productis testibus M. F. Marcelino de
Solis & Christophoro de la Plaza itemque F. Bal-
thasare de Medina, conscripsimus in Nuncupato-
ria praemisa Selectis Dissertationibus Mexicanis no-
stris. Secundum habeat locum, nulli secundus, bi-
mestri ab hinc retro denatus aetatis anno 64. D.
Antonius Calderon, vir uxoratus, & Apollini, Mu-
sis, & sacris, prophanisque litteris ad stuporem us-
que excoltissimus, Natale ei solum Angelopolis de-
dit, ac ubi lumen ipsi rationis affulsit, Gramma-
ticam aggressus, brevi Poeticam & Rhetoricam à
Jesuitis accepit, moxque Philosophiam primus in-
ter auditores Viri Clarissimi P. Nicolai de Segu-
ra. Theologiae navavit operam cum sub alijs egre-
gijs Magistris, tum praesertim sub Mathia Blanco
summo Theologo Societatis Jesu, quo Praeside the-
ses propugnavit & numero multas & insignes di-
ficultate, Catholico Hispaniarum & Indiarum Re-
gij Philippo V. nuncupatas, specimen ea in con-
ceratione exhibens, nedum Theologicae & Philo-
sophicae eruditionis admodum rare, sed etiam La-

tinae praestantia, & in Oratoria & Poetica Facul-
tatibus exercitatione & facilitate: nam quòd obe-
sequij adversus Regem gratia, Magistri arguentes
variè, pro suo quisque genio, proluderent, singu-
lis ille extempore latine reposuit, aut soluta aut
ligata oratione, qua concertantis Elogio congrue-
ret & Prolusioni. Hæc Angelopoli alumnus unus-
que è fundatoribus insignis Collegij, quod S. Ig-
nati nomine pro convictoribus Philosophis &
Theologis à PP. Societatis erectum fuit. Mexici
laureis contentus alijs, nec censu dives, Doctorales
nunquam optavit, quas porrò tulisset dignissime.
Tanta erat memoria, ut semel lectum Librum di-
venderet, semperque in promptu teneret & ar-
gumentum & res &, ubi singulae erant, folia &
pagg. Ingenium sortitus nihilo infallius memo-
ria, nec minorem in litteras propensionem, & as-
siduitatem studij, admirabile planè in omnibus
Scientijs progressus fecit. Academiam moderatus
insignem apud Aedes, D. Michaelis Antonij del
Castillo tunc juvenis, nunc Ecclesiae Metropolita-
nae Praebendati, in Universitate nostra Doctoris
atque Magistri, & Philosophiae Collegij Decani,
multos instituit, cum in Philosophia Theologia &
Juribus, tum praesertim in litteris amehioribus.
Medicinam etiam & Mathematicas, Criticam &
Historiam haud perfunctorie coluit. Facillimo ne-
gotio Conciones dicere, Praelectiones & Philoso-
phicas & Theologicas & Scripturarias & Juridi-
cas fundere, Poemata, Prolusiones & id genus alia
scribere solebat, quarum merito elucubratorum
inter Scriptores nostros recenseretur in Bibliotheca

oligula arguentibus * the-

theatrum, nisi votis ipse nostris abnuisset, si causatus,
quod bene verum est, nullas sibi unquam asservasse char-
tas, Codices quatuor scripserat, neglexisse, in pri-
mis autem, ut notum habemus, quod latere sem-
per voluerit, captandæ gloriæ nunquam sollicitus,
quamquam eruditus quibusque notissimus fuerit, à
quibus maximè fiebat, quætebaturque frequentissimè
etiam ab alijs, potissimum in negotijs Fori & Jus
conferentibus, cum pro Consultationibus difficili-
mò, tum etiã tuendorum gratiã jurium in pèrple-
xis, & intricatis rebus, quibus expediendis aderat,
citraque lucri ambitum, sponte sibi oblatum, et pro
familiæ suæ victu accipiebat. Quæ de tanto viro in-

ANTELOQUIUM XVII.

Argumento proxime dato insistimus
& colophonem addimus.

Considerem dictis apponit D. Antonius Lau-
rentius Lopez Porrillo juvenis in paucis
opere præclaro, annos natus 23, non una dig-
nitas infula, aut duplici, vel triplici, sed quadru-
plici Doctorali, pro eximia quæ est eruditione in
utraq; Sophia, & in utroque Jure, cujus speci-
men palam dedit in Academia nostra, anno pro-
ximè elapso, plane mirabile, & aliquibus forsitan
incredibile. Natus est in Dicecesi Gadalaxa-
rensi Novæ Galliciæ, in cujus Primaria Urbis
Athenæ Societatis Juri latine institutus, Philo-

sophiam accepit atque Theologiam, tanto successu,
ut mox à curriculis absolutis, theses per diem inte-
grum publicè sustinuerit de universa, quæ Schola-
stica audit Theosophiã, non absque egregio Illmi.
Episcopi & doctissimorum hominum plausu, mi-
rantium tantam in ætate illa eruditionem, promp-
titudinem, & judicij maturitatem. Mexici consti-
tutus in Regali Divi Ildesonsi Collegio, ab Aca-
demicis Gymnasijs Jus Canonicum, dein Civile
hausit, laureasque retulit, & Collegij sui Trabeam,
ut dicunt, Oppositionis, periculo facto floridissi-
mos inter competiores, meruit. Tum Justiniani
Institutionum libros quatuor & memoriã reci-
tandos ita proposuit in Aula maxima Academiæ
Mexicæ, ut interroganti cuique § cujusvis titu-
li ad litteram statim refferret, & singulas ex om-
nibus §§ erutas conclusiones traditasque doctri-
nas duobus in folio Voluminibus ab insigni Sal-
manticensi Doctore Antonio Pichardo defende-
ret, ac minutatim sciscitanti cuique quas vellet In-
stitutionum difficultates satisfaceret & reponeret.
Hæc datis publicè chartis, typis editis Academi-
co ritu, sponderat, coramque sapientissimorum
hominum frequentia gravissima fidem liberasse da-
tam testatur, qui id temporis Universitatem no-
stram, pro eximia ejus in nos cohonestando gra-
tia & humanitate, regebamus, demirantes unã cum
ceteris adstantibus Viris eruditissimis, juvenis &
memoriam & ingenium magis atque judicium,
& maturitatem doctrinamque egregiam, queis Ob-
jectiones dissolvit, Quæstis satisfecit, & petitos à
singulis arguentibus §.§. saluatim, multumque in-